#

Reverende in Christo Pater

P. C. Siquidem jam Nova non habentur communicanda Varsaviã Ego nostra communico R. Vrae. Exercitus Serenissimi in dies augetur. Numerantur ipsius Millia 22, ab alys plura. Castra locata sunt pod Mogiłą, na pastwiskach miele. Circa Milites Catholicos nostri exercent Zelum in Confessionibus eorum excipiendis per totam hanc Hebdomadam singulis diebus nostri aliquando 10 aliquando 14 suam conferebant operam. Eiusdem Zeli particeps est Illmus Suffraganeus Cracov. qui jam 2do ad Castra descendit ac in vicino templo Militibus Confessione expiatis sacram distribuit Communionem confertque sacram Confirmationis. Miles hic Disciplinatissimus est. Homines non solum non possunt conqueri de damnis illatis, sed plures magna ex illis habent lucra. Hodie totus Exercitus moturus erat. sed id incertum. De Sveco dicitur quod Malogostiae subsistat. Kielcys dicuntur fuisse Commissarii Svetici Indeque 6 aut 5 Millia accepisse. Ex magnatibus sunt hic Illmus Palatinus Calissiensis et Illmus Procancellarius Regni. Praeter Illmos et Rndissimos. Szembek Vladislaviensem Poloniae Premisliensem et Cracov. Nominatum Wyhowski Luceoriensem Episcopos et Praeter Illmos Palatinos Mazoviae et Mariaeburgensem. Me affectibus R. Vrae eiusdemque Sanctis Sacrificys ac Orationibus me impense commendo

Cracoviae 1702 8 July

Reverentiae vestrae servus
in Xto
Adrianus Miaskowski

Reverendo Patri in Christo
Pri Andreæ MłodziejeWski
Societatis IEsu
Varsaviæ